

DE QVADR VPLICI LEGE ET CON-

SVETVDINE VIM LEGIS OBTINENTE CONCLVSIONES

Theologica, quæ publicè in schola Theologorum disputabuntur pridie Id. Februar. hora 7. præside reuerendo patre Ioanne Cuuillonio SS. Theologiae doctore, & professore ordinario, defensore humanissimo liber. art. M. Rodolpho Glencken.

- 1 Nihil tam necessarium in rebus humanis quàm lex, quæ actiones moderetur, rectasq; efficiat.
- 2 Rectam rationem in iubendo & uetando seu diuinam, siue humanam legem uocamus.
- 3 Neq; tamen omnis illa lex dicitur, sed quæ bonum commune procurat.
- 4 Quatuor legis genera naturalis, diuina, ecclesiastica, ciuili.
- 5 Naturalis sic dicta quod non scripta, sed nata sit.
- 6 Diuina quæ Deum Opt. Max. autorem habet, & hæc duplex uetus & noua.
- 7 Ecclesiastica quæ à capite Ecclesiæ & uicario Christi, hoc est à sum. Pont. & sede apostolica emanauit.
- 8 Ciuilis quæ nunc imperatorio iure perscripta extat Christianis.
- 9 Consuetudo moribus utentium introducta, tam in ecclesia quàm repub. legis scriptæ uices subit.
- 10 Naturalis illa præcepta communia, bonum est faciendum, malum uitandum, secundum rationem uiuendum, quod tibi non uis fieri alteri ne feceris, et huiusmodi: quin et hæc magis specialia, depositu reddendum, iniquum puniendum, & quæ huius classis sunt.
- 11 Hæc quod ad principia communia attinet immutabilis, & omnium communis nationum.
- 12 Qui hanc seruauerunt ante legem scriptam salui facti ut Abel, Melchisedech, Noë & alij, qui non seruauerunt perdit.
- 13 Verum hi qui seruauerunt gratia sunt diuina adiuti ut seruarent, testis August. scribens contra Pelagium & Celestium.
- 14 Temporis processu hæc lex in hominibus obliterari cepta, dum quedam nationes latrocinia, concubitus uagos, & uitia contra naturam licita crediderunt.
- 15 Ideo diuina quæ uetus dicitur secunda, naturalis renouatrix, cuius promulgator Moyses.
- 16 Decebat enim eum qui naturam humanam instiuerat ipsam reficere, ac lege scripta restaurare.
- 17 Monstrauit hæc quid faciendum, cum gratiam qua id fieret non conferret.
- 18 Utiles nihilominus & bona, cum quod uiam declarauit, tum quod eum, cuius fide posset iniri id est Christum designauit, in quem uenturum aliquando credentes, gratia donati sunt, etiam durante ipsa.
- 19 Dei itaq; Opt. Max. bonitate data, quamuis ceremonialia quæ ipsam difficiliorem fecerunt, nõ ea ratione statuta sint qua præcepta Decalogi, sed ut populus ab idololatria auerteretur.
- 20 Differunt non conferri gratiam per legem hoc est uirtute legis, & non conferri sub lege siue tempore legis, quoniam hoc falsum illud rectum.
- 21 Ob huius gratiæ inopiam nominibus interim parum gratiosis notata, lex quippe factorum, ministratio mortis, infirmum & egenum elementum, Agar in seruitutem generans, spiritus timoris, iugum importabile, scripta in tabulis lapideis, figura, umbra, pedagogus, paruulus, tutor, actor, & si qua sunt his similia, appellatur.
- 22 Quibus nomenclaturis iccirco à diuo Petro & Paulo apostolis deprimi debuit, quod ei à Iudæis, partim Christum excludere nitentibus, partim etiam eius gratiam mundo datam extenuare, nimio plus tribueretur.
- 23 Iam cum congruat ut is qui legem condit eam seruet, unde dictum illud, patere legem quam ipse tuleris, dominus noster Iesus Christus hoc ad implens per omnia legi Moyse obediuit, Misit deus filium suum factum sub lege.
- 24 In quo principibus seculi exemplum dedit, ut & ipsi suis legibus sint subditi.
- 25 Nemo melius legem quàm is qui tulit interpretatur, iccirco idem saluator præcepta legis perperam à Iudæis intellecta Matt. 5. interpretatur, si aut & alijs præceptum de obseruatione Sabbati per sepe.

- 26 Hæc quia imperfecta ad tempus data, donec ueniret semen cui repromissum est.
- 27 Legislator nouus & lex noua promissi in ueteri testamento, exhibiti ubi plenitudo temporis uenit.
- 28 Hæc lex noua ubi orta est gratiam, remissionem peccatorum, filiorum adoptionem, Spiritus sancti effusionem, coelestis regni hereditatem Christo credentibus, eumq; suscipientibus detulit, quæ uetus dare non potuit.
- 29 Eximijs ob id nominibus à domino & apostolis decorata, quæ sunt gratia, ueritas, iugum suauis, onus leue, lex spiritus uitæ, spiritus adoptionis, Isaac, Euangelium regni, testamentum nouum, scripta in tabulis cordis carnis libus, & si qua sunt alia eiusmodi.
- 30 Libertas autem euangelica non illa est quæ à multis existimatur, exemptio uidelicet à legibus & constitutionibus ecclesiasticis: quin potius assertio à iugo ceremonialium legis ueteris, & grauissimo onere peccatorum, qua libertate Christus nos, ut inquit apostolus, liberauit.
- 31 Et quanquam scriptura iustitiam fidei ad euangelium pertinere demonstrat, non tamen omnia operum genera ab euangelio aliena esse uoluit, sed tantum opera legis, & circumcisionem quæ ex patribus est.
- 32 Nam apostolus qui opera legis exclusit se penumero ad opera fidei cohortatur, atq; nonnunquam ea comminatione adiuncta, ut sine operibus bonis regnum Dei non adepturos fideles, contestetur.
- 33 Legi euangelicæ metæ nullæ propositæ, quippe quæ totum orbem amplexa est.
- 34 Neq; tempora, cum ad consummationem seculi usq; duratura sit, quamuis de loco ad locum migret, propter peccata populorum.
- 35 Hæc diuinæ leges homini ideo fuere necessariae, quod aliæ ad salutem nequas quam satis essent.
- 36 De his dubitare impium est, sint ne iustæ, an iniustæ.
- 37 Vetus populum hebræum duntaxat obligauit.
- 38 Noua omnes obstringit qui audierunt.
- 39 Iam ecclesiastica & ciuili non eiusdem sunt dignitatis.
- 40 Ecclesiastica ciuili ob autorem, & alijs de causis præstantior.
- 41 Ceterum si hominum utilitas inspicitur utraq; necessaria.
- 42 Interim tamen si quæ ciuiles animabus parum faueant, quales nonnullæ notantur, ab ethnicis quidem conscriptæ, à sacris autem canonibus emendatæ, eæ neminem hodie obligant.
- 43 Iustæ obligant non in foro modo ciuili, siue propter disciplinam, sed etiam quoad Deum, siue propter conscientiam, Qui enim potestati resistit, Dei ordinationi resistit.
- 44 Ecclesiastica in his quæ fidem spectant errare nequit.
- 45 Differunt diuinæ ab ecclesiasticis & ciuilibus in multis.
- 46 Diuinæ de omni uirtute tradunt, omne peccatum prohibent etiam quod cogitatione admittitur.
- 47 Ciuiles ciuilem uirtutem poscunt, scelera illa quæ statum reipub. turbant, insectantes.
- 48 Ecclesiastica quamuis omne uitium damnent, tamen non omne puniunt.
- 49 Meretrices enim in repub. tolerat ecclesia ob uitandum maius malum.
- 50 Diuina quæ euangelica dicitur alterius uitæ premia pœnasq; proponit: ciuili autem huius uitæ honoribus supplicijsq; continetur, in hoc similis legi ueteri, cuius quod ad hæc attinet haud dispar erat conditio.
- 51 Dispensatur in lege ecclesiastica & ciuili per Pontifices & principes, mutanturq; ipsæ per leges contrarias, & per desuetudinem abrogantur.
- 52 Idque non ad legum contemptum, sed potius ad prudentiam & æquitatem legumlatorum referendum est.
- 53 Euangelium indispensabile nulla contraria lege, desuetudine uel tolli ualet.
- 54 In his tamen quæ apostoli decreuerunt & per se iuris diuini non sunt, sum. Pon. habet dispensandi potestatem.

DE QVADRVPLICI LEGE ET CON

SVETVDINE VM LEGIS OBTINENT CONCLVSIONES

Primo Joanne Cuiusmodi 22. Theologiae doctor & professor ordinarius, dispensator huius
universitatis, etc. M. Rodolpho Cuiusmodi

1. In primis...
2. In secundis...
3. In tertijs...
4. In quaternis...
5. In quinis...
6. In sexages...
7. In septuages...
8. In octogones...
9. In nonages...
10. In centes...

11. In centes...
12. In centes...
13. In centes...
14. In centes...
15. In centes...
16. In centes...
17. In centes...
18. In centes...
19. In centes...
20. In centes...

21. In centes...
22. In centes...
23. In centes...
24. In centes...
25. In centes...
26. In centes...
27. In centes...
28. In centes...
29. In centes...
30. In centes...

31. In centes...
32. In centes...
33. In centes...
34. In centes...
35. In centes...
36. In centes...
37. In centes...
38. In centes...
39. In centes...
40. In centes...